UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Nilo. 69.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

veniam petere oportebat, in priſtina adhuc ſtudia & flagitia maiori adhuc animi conatu & contentione incumbere, iiſque inhærere, id videlicet ſummo ſtudio agentem, vt priora per poſteriora obſcures, tum ego collachrymans ad me ipſum hæc verba habui. O Iſidore, quid fruſtra te fatigas, in petras ſemen iaciens? Quid ei prodeſſe ſtudes qui iuuari non vult? Quid laboras & excubas, cùm is, propter quem excubiæ aguntur, ea quæ ſcribantur exequi recuſando, inanes eas reddat? Quin tu vano labore te ipſum cruciare, atque Æthiopẽ dealbare, & ignem verberare, ac laterem coquere deſinis? Poſtquàm autem ad ſatietatẽ vſque meipſum accuſaui, bona ſpes rurſum exorta eſt, quæ me inuitum etiam ac repugnantẽ ad has quoque rurſum literas cudendas adegit. Quamobrẽ tu quæſo, quò malorum proceſſeris, conſiderans, induc animum ad pœnitentiam reuerti.

Theognoſto Presbytero. 68.

Demiror equidẽ, quonam pacto ij, qui animi inſolentiam ac faſtum & tumorem ex eo conceptum, quòd antiſtitij honore præ aliis affecti ſint, minimè aſtringunt, ſublimiùs, quàm par ſit, de ſe ſentiant, ac ne ipſum quidem iam relinquere velint, probro ſcilicet atque contumeliæ ducentes à iure & æquo ſuperari.

Nilo. 69.

Quandoquidem ingens eſt humilitatis faſtigium, ac contrà ingens arrogantiæ ruina, idcirco te moneo, vt illud amplectare, in hanc autem minimè incidas.

Ophelio Grammatico. 70.

Non litora duntaxat, vt ab Homero dictum, atque à te ſcriptum eſt, eructantis maris ſpumam clamant: verùm & terra, & mare, flagitia ea, quæ à Zoſimo deſignata ſunt, velut tragicis verbis exaggerant. Eo enim ſtuporis atque indolentiæ pro-

ἐπὶ τοῖς πεπλημμελημένοις ἐπαγωνίζῃ τοῖς προτέροις, ἐπαποδύῃ τοῖς μιάσμασιν, ἀεὶ τὰ πρότερα τοῖς δευτέροις ἀποκρύψαι φιλοτιμούμενος. εἶτα δακρύσας ἔφην πρὸς ἐμαυτὸν, ὦ Ισίδωρε, τί μάτην κάμνεις, κατὰ πετρῶν σπείρων; τί ὠφελῆσαι σπεύδεις τὸν ὠφεληθῆναι μὴ βουλόμενον; τί πονεῖς, καὶ ἀγρυπνεῖς, τοῦ, δι' ὃν ἡ ἀγρυπνία γίνεται, τῷ μὴ ποιεῖν τὰ γραφόμενα, ματαίαν αὐτὴν ἀποφαίνοντος; παῦσαι ματαιοπονῶν, καὶ αἰθίοπα σμήχων, καὶ ἐς πῦρ ξαίνων, καὶ λίθον ἕψων, ὡς δὲ κόρον ἔλαβον ἐμαυτὸν αἰτιώμενος, χρηστὴ πάλιν ἐλπὶς ἔφυ, ἥ τις καὶ ἄκοντα ἐξεβιάσατο, καὶ ταῦτα πάλιν χαράξαι τὰ γράμματα. αὐτὸς τοιγαροῦν σκοπήσας οἷ τῶν κακῶν ἐχώρησας, εἰς μετάνοιαν παλινδρομῆσαι προθυμήθητι.

Θεογνώστῳ πρεσβυτέρῳ. ξη.

Λίαν θαυμάζω, πῶς οἱ μὴ ἐπισφίγγοντες τὸ χαῦνον, καὶ τὸ ἐπὶ τῷ προεδρίας ἠξιῶσθαι παρὰ τοὺς πολλοὺς οἴημα μεῖζον τοῦ δικαίου φρονοῦσι. καὶ οὐδ' αὐτὸ λοιπὸν παραχωρῆσαι ἀξιοῦσι τῷ ἡττηθῆναι τῷ δικαίῳ ὕβριν ἡγούμενοι.

Νείλῳ. ξθ.

Ἐπεὶ μέγα τῆς ταπεινοφροσύνης τὸ ὕψος, καὶ τῆς ἀλαζονείας τὸ πτῶμα, συμβουλεύω σοι ἐκεῖνο μὲν ἀσπάσασθαι, τούτῳ δὲ μὴ περιπεσεῖν.

Οφελίῳ γραμματικῷ. ο.

Οὐκ ἠΐονες μόναι, ὡς Ομηρος μὲν ἔφη, σὺ δὲ γέγραφας, βοῶσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἄχνην, ἀλλὰ γῆ τε καὶ θάλαττα, τὰς παρὰ Ζωσίμου κατειργασθείσας παρανομίας ἐκτετραγῳδεῖ. τοσοῦτος γὰρ, ὡς φασὶν, εἰς ἀναλγησίαν

ἤρθη